

8
255



zu 008

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE IVRIS ET
FACTI IGNORANTIA.

QVAS
DIVINA FAVENTE GRATIA, PRAESI-
DIBVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMISQVE VI-
ris D. Iohanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Iohan-
ne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, ex
laudabili & inueterato more florentissimi
apud Vbios Iuris Collegij, publi-
cè disputandas propo-
nit.

IOHANNES GVILIELMVS
EPISCOPIVS RIGOMAGENSIS.

*Anno natiuitatis Christi MD. LXXXII.
XXIII. die Aprilis.*



COLONIAE AGRIPPINAE Mmm
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONTINUATIO

Faint, illegible text in the upper section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

THESES I.


First section of theses, containing several numbered points (1, 2, 3, 4, 5) in a faint, illegible script.

Second section of theses, continuing the numbered list (6, 7, 8, 9, 10) in a faint, illegible script.

Third section of theses, containing the final numbered points (11, 12, 13) in a faint, illegible script.



CONTINVATIO.

 *U*n iuris compilatoribus usitatum fuisse videamus, generales titulos specialibus subnectere, (a) & hic titulus communis sit, multisq; superioribus, in quibus scientie & ignorantie frequēs distinctio, applicari possit: (b) ideò rectè titulis probationum, quòd illarum vicem presumptio saepe sustineat, (c) subiectus videtur. In Codice verò partibus iuris civilis, ne quis earum ignorantiam pretendere possit, (d) optimè appositus. (e)

(a) arg tit. ff. de verb. sig. & de reg. iur. (b) Cuiac. in par. ff. h. t. (c) VVesem. in par. ff. h. t. (d) l. constitutiones, C. h. t. l. leges sacratissimæ 9. C. de legib. (e) Cuiac. & VVesemb. in par. C. h. t.

THESIS I.

Ignorantia est cum de re gesta vel iure, (a) vel alterutrius aut vtriusq; qualitate (b) nihil constat. Estq; duplex. Facti & Iuris. (c) De Ignorantia Facti, cum ex ea ius existat, (d) primùm queritur, quæ est eius, quod casu vel naturâ contingenter accidit, non percepta notitia, (e) vel obliuio. (f) Hac versatur aut circa factum proprium, (g) aut circa alienum. (h)

(a) l. 1. ff. h. t. l. fin. ff. de Decret. ab ord. faciend. cum simil (b) l. 3. vbi glo. ff. h. t. Vulteiis lib. 1. Jurispr. Roma. c. 7. (c) d. l. 1. ff. h. t. l. cum quis 10. C. eod. (d) l. vt responsum. 15. C. de transactione l. 3. cum seqq. ff. de legib. (e) l. 1. ff. h. t. VVes. in par. eod. (f) arg. l. 22. ff. de condict. indeb. l. peregre 44. ff. de acq. poss. (g) l. 3. ff. h. t. d. l. 22. l. quanquam 7. ff. ad SC. Velleian. (h) d. l. 3. & l. 1. ff. h. t. l. vlt ff. Pro suo.

II.

Ignorantia facti proprii intolerabilis est, (a) ideoque excusationem non meretur, (b) nisi in factis antiquis, obscuris & intricatis, (c) alijsq; quibus de damno vitando non lucro captando agitur. (d) Item si tanta varietate & multitudine negotiorum ignorantia allegans sit implicatus, vt alicuius facile obliuisci possit, audiendus est. (e)

(a) l. cum factum 46. ff. de acq. hæred. l. qui in alterius 42. ff. de reg. iur. c. ab excommunicato 41. vbi gloss. de rescript (b) d. l. quanquam ff. ad SC. Velleia. d. l. fin. ff. Pro suo. (c) l. cum fideicommissum ff. de Confessis, l. emptor 47. §. 1. ff. de Pactis, l. peregre 44. ff. de acq. poss. (d) l. sed etsi me 22. l. cum is 32. vbi Dd. ff. de condict. indeb. Gail lib. 2. obser 48. nu. 19. & seq. Costal. in d. l. quanquam. (e) Marant. in repetit. l. is potest, ff. de acq. hæred. nu. 291. VVes. in par. h. t. c. cum olim De re iudic.

III.

An autem is qui prædia procul posita vnius distraxit, hoc pretextu, quòd vires illorum ignorauerit, rescissionem petere possit, dubitatur? Et quidem si diu possedit, tractauitq; non posse: si verò recenter accepit, posse æquius puto.

Bald. in l. 2. Gothofred. in l. quisquis 15. C. de rescind. vendit. arg. l. in fraudem 10. ff. Qui & à quibus manumissi, §. in fraudem 3. Inst. Quibus manumit. non licet, l. si quidem 11. C. de prædijs & alijs reb. minor.

IIII.

Porro cum ius proprii facti ignorantiam nunquam presumat, (a) predictas & similes circumstantias hactenus prodesse alleganti existimo, ut iuris presumptio imminuatur, & facilis probatio in contrarium admittatur, quae etiam iuramento, quod alioqui non facile permittitur, (b) fieri potest. (c)

(a) d. l. quanquam 7. cum ibi notat ff. ad SC. Velleia. (b) argu. l. ult. ff. Quod metus causa. l. qui testamentum 27 ff. de probat. c. innotuit, de electione, c. vt circa eod. tit. lib. 6. gl. in c. propofulsi, distinct. 82. (c) Maran. in repetit. d. l. is potest num. 314. & seqq. V. Vell. in par. h. t. glos. in c. praesumitur, de reg. iur. in 6. per c. praesentium, de testib. & lib. 6. cod. c. pastoralis, de Except. glos. in l. si cur. 7. §. 2. ff. de accusat.

V.

In actibus tamen morientium proprii facti ignorantia adeo praesumitur, ut heredi eam probare non sit necesse, & nisi aduersarius scientiam probet, haec non teneatur.

§. non solum aut Inst. de legat. l. vnum ex familia 67. §. si rem tuam 8. ff. de legat. 2. l. hac consultissima 8. vers. at cum humana, C. qui testam. fac. poss. l. cum alienam 10. vbi Bald. C. de legat.

VI.

Hinc non ineptè queritur, vtrum ille qui morti vicinus est, in testem examinari possit? Et relinquendum hoc arbitrio examinantis esse concludo.

l. hac consultissima 8. vers. at cum humana, vbi Bald. & Gothofr. C. qui testam. fac. poss. arg. l. qui tabularum 32. in fine ff. de furt.

VII.

Sed Rescriptum per obreptionem falsi & suppressionem veri ignoranter vel ex simplicitate obtentum non valere existimo.

l. praescriptione 2. vbi Dd. & seqq. C. si contra ius vel util. publ. l. i. ff. de natal. restit. l. si quis obrepserit 29. ff. de fals. c. super literis, vbi gloss. c. si proponente, de rescriptis.

VIII.

Quae circa alienum factum versatur ignorantia tolerabilis est, cum eius interpretatio etiam prudentissimos fallat. (a) Sed vt hic neque scrupulosa inquisitio & curiositas exigenda, ita nec supina & crassa ignorantia ferenda est. (b)

(a) l. 2. ff. h. t. l. fin. ff. pro suo, l. qui in alterius, ff. de reg. iur. (b) l. plurimum 3. l. nec supina, ff. h. t. l. Seruius 4. ff. quod vi aut clam. Scientiam enim neque curiosissimi neque negligentissimi hominis accipiendam: verum eius qui etiam rem diligenter inquirendo, notam habere possit. Labeo definit. l. regula 9. §. sed facti 2. ff. h. t. l. sed si pupillus 11. §. proscribere palam, ff. de Instit. act.

IX.

Hinc fideiussor conuentus cum ignoraret pecuniam debitori non fuisse numeratam, vel pacti conuenti exceptionem vel alterius rei competere, si soluerit indebitum, mandati actione

actione non cadit. (a) Et heres defuncti vendens ignoranter rem depositam vel commo-
datam, eam restituere non cogitur. (b)

(a) l. si fideiussor 29. l. si procuratorem 8. §. quod & ad actionem 8. l. Quintus Mucius
48. ff. mandati, l. si pro ea 10. C. cod. (b) l. i. §. vlt. ff. Depositi, d. l. qui in alterius, ff. de regul.
iur. l. potest 36. ff. de vsucap.

X.

Sic ignoranti sententiam contra se latam decendum appellationis, (a) & heredi va-
salli tempus petenda inuestitura, nisi crassa ignorantia sit, non currit. (b)

(a) auth. hodie, vbi communiter Dd. C. de appellat. Mynsing. cent. 2. obs. 2. (b) c. i. quo
temp. miles inuestit. Mynsing. 5. obs. 9. Gail lib. 2. obs. 48. nu. 8. Marant. par. 6. c. de appel-
lat. nu. 215.

XI.

In crassa autem ignorantia is esse videtur, qui quod publicè notum promulgatū ve-
est, (a) vel quod ratione iuris aut officij tenetur indagare, (b) vel quod à cōsanguineo cir-
ca processum naturæ, (c) aut à vicino successiue non momentaneè gestum est, (d) & quod
ipse sapius tractauit ipsoq; presente tractatum est, (e) & similia nescit. (f)

(a) d. l. regula §. 2. d. l. sed si ii. §. proscribere ff. de inst. act. (b) l. i. C. de fal. monet, c. cum
in cunctis de elect. & el. potesta. (c) l. 8. ff. Vnde Cognati, l. de tutela 7. C. de in integ. restit.
(d) l. filium 6. ff. de his qui sunt sui vel al. iu. l. si vicinis, C. de nupt. l. si ita 15. §. 2. ff. de in-
struc. vel instrum. lega. c. quosdam, c. seq. de præsumpt. c. vlt. dist. 16. (e) l. Procula 26. ff. de
probat. l. cum post. 69. de iure dot. (f) Mynsing. in §. si quis agens. Inst. de actio Marant. la-
te in repetit. l. is potest. ff. de acq. hered. nu. 264. & seqq. Bald. in l. si tutor petitus, C. de pe-
tic. tutor. & in l. quicumque, C. de ser. fugit.

XII.

Vnde vt heres volens acquirere hereditatem certus esse debet de testatore & testa-
mento; (a) ita dominus gesta procuratoris sui scire tenetur, ne, quando totum debitum,
cuius pars procuratori soluta est, à debitoribus petit, in pœnam plus petitionis incidat. (b)

(a) l. sed & si de sua 34. l. cum quidam 30. §. vlt. l. nec is 17. l. cum falsum, vbi Cuius tract.
I. ad African. l. eum qui 51. ff. de acq. hered. (b) §. si quis agens. Inst. de act. vbi Zas. secundū
Iaf. & Fabr. arg. l. qui in alterius 42. ff. de reg. iur. l. i. l. qui accusare 4. C. de edendo.

XIII.

Ceterum tolerabilis ignorantia nunquam tam in commodis adipiscendis quam damnis
vitandis vlli obest, negotio necdum finito. (a) Aded vt etiam in delictis, nisi det operam rei,
quam scit vel scire debet esse illicitam, non noceat. (b)

(a) l. error 7. C. h. t. l. regula 9. l. iuris 4. l. error 8. ff. cod. (b) l. vlt. de decret. ab ord. fa. l.
genero. 8. l. liberorum, §. vlt. ff. de his qui notan. infam. l. illud. 7. §. si cuius 2. ff. de tribu.
actio.

XIV.

Quamuis autem ignorantia hac semper præsumatur, (a) & eo ipso quod contrarium

non

non doceatur, probetur: (b) (nisi in praedictis casibus, (c) ubi per iuramentum & verisimiles coniecturas probari potest) (d) tamen allegari & opponi debet, alias nihil prodest (e)

(a) c. praesumitur, ubi gl. de reg. iur. in 6. l. 2. ff. h. t. Costal. in l. verius, ff. de probat. (b) §. non solum, Inst. de lega. d. l. verius, l. super seruis 6. C. qui milita. post. lib. 12. (c) vid. thes. x. r. (d) Costal. in d. l. verius, de probat. Mar. in d. repetit. l. is potest ff. de acq. hered. num. 316. V. Vef. h. t. (e) l. 1. C. h. t. l. si adulterium 38. §. incestum 7. ff. ad leg. Iul. de adulter. Maran. in d. repet. nu. 190. & 284. Gail lib. 2. obs. 48. nu. 14.

XV.

Atque haec de Facti, nunc de Iuris ignorantia aliquid subiiciendum. Haec duplex constituitur, iuris naturalis, aut civilis. (a) Quae iuris naturalis est, omnibus indistincte etiam privilegiatis personis obest, neque excusari potest. (b) Vnde liberi sine venia parentes in ius vocantes a poena edicti non liberantur, (c) nec mater liberis suis tutores petere negligens a priuatione successione & usufructus excusatur. (d)

(a) l. 1. §. 2. gl. in l. regula 9. V. Vef. in par. ff. h. t. (b) l. si adulterium 38. §. quare mulier 2. ff. de adulter. §. 1. Inst. de oblig. quae ex delict. nasc. (c) l. 2. C. de in ius voc. l. 4. ll. seqq. ff. cod. l. 2. §. 1. ff. qui fatidare cog. (d) §. sed quemadmodum Inst. de SC. Tertyl. l. 2. §. si mater 23. cum seqq. ff. cod. l. matris 6. l. cum iure 9. C. qui tut. pet. Latè Marant. in d. repet. nu. 219.

XVI.

Iuris civilis ignorantia est, quae in lucro captando & compendijs quarendis nemini patrocinator, in damnis autem amittenda rei suae non nocet. (a) Imò in lucro etiam assequendo militibus, quos arma magis quam leges scire conuenit, (b) & minoribus 25. annis, (c) item feminis, (d) & rusticis, (e) in quibusdam causis, & quando Iurisconsulti copiam non habent, (f) in huius iuris errore subueniri solet. (g)

(a) l. iuris 7. l. error 8. l. 4. ff. h. t. Cuiac. lib. 5. obs. 39. l. error. C. ad leg. Falcid. l. nunquam 31 ff. de usucap. (b) l. regula 9. §. 1. ff. h. t. l. 1. C. eo. l. fin. in prin. C. de iure delib. (c) d. l. regula in prin. l. 2. l. quamuis 11. C. cod. (d) d. l. 9. in prin. ff. h. t. l. ult. C. cod. (e) l. si quis 7. §. doli mali 4. ff. de iurisdic. om. iud. l. 2. §. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit, l. si quis in graui 3. §. & si sciens 22. ff. de SC. Silania. (f) d. l. 9. §. sed iuris ff. h. t. l. 2. §. ult. ff. quis ord. in possess. fer. l. in bonorum 10. ff. de bonor. poss. (g) Gail lib. 2. obs. 48. nu. 22. V. Vef. in par. ff. h. t.

XVII.

Hinc queri solet, an etiã iurisperito 25. annis minori iuris error prodesse possit? Cumq; h'c sua arte instructus esse debeat, & in iure militet, minorum & militum privilegio nequaquam gaudere debet.

arg. l. in honoribus 8. §. Philosophis, ff. de vacat. muner. gl. in l. professio, C. de munerib. patrimo. l. 2. §. Seruius 43. ff. de orig. iur.

XVIII.

Scholarem tamen extraneum vel forenssem & ciuem nouitium à statuti vel consuetudinis ignorantia excusari equum existimo.

Gail



Gail lib. 2. obs. 48. nu. 23. per leg. qui cum vno 4 §. vlt. l. qui comatus 14. in fin. ff. de re milita. l. si ignorans 50. ff. locati.

XIX.

Renunciatio quoque generaliter omnibus iuris beneficijs & exceptionibus futuris sibi non praeiudicat. Haec enim renunciatio ad ignota non trahitur, (a) neq; in ijs, vbi ius speciale renunciationem requirit, locum habet. (b)

(a) Gail d. loc. nu. 12. per l. mater, vers. ceterum ff. de inoff. test. l. fin. §. idem quaesit, ff. de condict. indeb. (b) l. i. vbi Costal, ff. si quis in ius voc. non ierit, l. sed et si 4. §. qualitum 4. ff. si quis caut. iud. sust. cau. fac. non ob.

XX.

Ceterum an is, qui errore vel ignorantia iuris lapsus rem possidet, bona fidei possessor sit, nec ne, controuertitur? Ego illum mala fidei possessorem continuo non esse statuo.

l. sed et si lege 25. §. scire 6. ff. de petit. hered. l. igitur 12. §. potest cum seqq. ff. de liberali caus. l. bona fidei 48. ff. de acq. rer. dom. l. vbi lex 24. l. si fur. 32. §. 1. ff. de vsucap. Ioannes Goeddaus in l. bona fidei 109. ff. de V. S.

XXI.

Vnde maritum tum demum mala fidei possessorem in rebus ab vxore sibi donatis constituo, vbi donationem inter coniuges prohibitam cognouerit.

l. pro haerede 11. l. nec vllam 13. §. 1. ff. de petit. haered. l. quod vir. 16. ff. de acq. possess. Aliter Vultei lib. disceptat. cap. vlt.

PARERGA.

I.

Vsum fructum esse speciem dominij.

l. 4. ff. de vsufr. Robert. lib. 3. sententiar. c. 12.

II.

Depositum etiam rerum esse immobilium.

l. 1. ff. depositi, arg. l. 1. §. 1. ff. commodati, l. 5. §. custodiam, cod. l. Iulianus 13. §. praeterea 22. ff. de act. empt.

III.

Contractus innominatos ex impletione aestimandos.

Donell. in tit. de praescrip. verb. c. 11. Bart. in l. naturalis, §. §. sed si facio, ff. cod.

IIII.

Ignorantiam iuris non semper lata culpa annumerandam.

M. yal. in §. suspectus nu. 11. & 12. Inst. de suspect. tut.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K.



De leg. et St. Teutonicis in C. 1. 1. 1.





THESES
DE IVRIS ET
FACTI IGNORANTIA.

QVAS
DIVINA FAVENTE GRATIA, PRAESI-
DIBVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMISQVE VI-
ris D. Iohanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Iohan-
ne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, ex
laudabili & inueterato more florentissimi
apud Vbios Iuris Collegij, publi-
cè disputandas propo-
nit.

IOHANNES GVILIELMVS
EPISCOPIVS RIGOMAGENSIS.

Anno natiuitatis Christi MD. LXXXII.
XXIII. die Aprilis.



COLONIAE AGRIPPINAE Mmm
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

58

